



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-110455-p0001-9

DFG

~~H~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

W-35.

SIGNAT. CCCXIII.




P R E C A T I O
AD DEV M INSTITVTA
VOT PERIODVS ANNI EPO-
CHAE CHRISTIANAE cl. b. XC. DO-
mui Guelphicæ cælestem prosperitatem
ac salutem ferat, & oblata reuerendissi-
mæ celitudini optimi Principis ac Do-
mini, Domini HENRICI IVLII, Episco-
pi postulati Halberstadensium, Ducis
Brunovicensium & Lunæburgen-
sium, Domini sui clemen-
tissimi.

à
M. HENRICO ACHEMIO.



HELMSTADII
Ex Officina Typographica Iacobi Lucij. Anno 1590.





Epigramma
In novitatem temporis anni repa-
ratæ salutis cl. 15. xc.

ST ut causa rei, sic ac effecta sequun-
tur:
Totius mundi divus id ordo tulit.
At Deus est primum confecti temporis autor,
Verax & constans nil nisi causa boni.
Causa sit ergo Deus nobis novitatis & anni:
Vera sic etenim cum bonitate fluet.



Precatio.

Eirma fides tempus certo cū sidere cœli
Ferre bonum, certo sidere ferre
malum.

Nam superūm virtus dīvinitus insita sedi,
Arguit aspectu cœlica sensa suo.

Fixa suas, monstratq; suas erratica vires
Stella, quod ars veri comprobat Astronomi.

Vnde poli vates prædixit sæpe futurum
Non depravatum relligionis opus.

Dixit & imperij justè fore jura parati:
Pacem cum crebri fertilitate boni.

Sparsum prædixit divini dogmatis iri
Errores, temtum sacraq; justiciæ.

Horrorem dixit bellī cœliq; venena:
Dixit continui damna futura mali.

Sideris & facti cum sidere temporis autor
Iugiter at Deus his rector & actor adest.

His motus tribuens est causæ causa secundæ
Quos auget, minuit, versat & unus ope.

Si vult dilatat, si vult constringit eosdem:
Fiunt, non fiunt cuncta volente D E O,

A 2 Illius

12

41

Illi⁹ ergo novis conemur flectere numen
Votis, fausta novum tempus & astra ferant.
Dante Deo foveant cœlestis viribus ortus,
Auctent ac hominum res bene, dante Deo.
Fundimus ergo preces sincero corde profectas
Cœlo mittendas, & veneramur opes.
Cœli nos, pater, ut favor, & tua gratia fili,
Nos opus atq; tuum, Spiritus alme, beet.
Nobis effundat cælum bona, terra salubres
Res ferat, ut felix sic novus annus eat.
Sancta Dei nobis sit iussio, voxq; salutis
Integra, labo vacet religionis opus.
Vnde Deus patrio nos complectatur amore
Vivifici natos flamma caloris alat.
Det Deus & iustū benefacti poscat honorem:
Filius accipiat, captaq; laude ferat.
Suggeret hinc operi plastes fomenta creato:
Plasmatis & grates vox recreata canet.
Nostra sit ut Themidos constans respublica se-
Quæ dare scit fas, & pellere lege nefas (des,
Sit populi Princeps vitæ dux atq; salutis:
Sit custos legis: pascat & inde gregem.
Divi sint animæ lustratæ lumine vultus
Vires, cœlestis corporis unde vigor.

Sit



Sit totus talis, qualis natura Deorum:

Lex divina Deum cum vocet atq; Ducem.

Sit viyæ studijs fidei salvata Ducatus

Principis & superum diva favore parens.

Hedvigis vitam comitetur gratia cœli,

Virtutis merito gloria digna suæ.

Fructus nam ventris multis spirante salutem

Rectores regno flore beata tulit.

Annuste talem dabit illustrissime Princeps

Henrice, & matrem qui novitatis adest.

Et faveat fratri divina sorte Philippo,

Divitiasq; vehens hac bonitatis eat.

Annus sit prosper, totius tempus & ipsi

Vitæ confectum prosperitate fluat.

Influat in reliquos cæliq; affectio fratres:

Hinc oritur veræ nam pietatis amor.

Cuius sint operis salvi: saluæq; sorores:

Secula quæ veræ plena salutis agant.

Mens Ducis ac illustris sit virtutis aenre

Luce, vicem iusta qui ratione subit.

Consilijs Deus aspiret cor flamine Divum:

Vt sint autori consona sensa suo.

Divino nam flatu sic & rore refectum

Cor sapit, & sacras fundere novit opes.

A 3 Effluet

42



Effuet hoc ut fonte boni sapientia , recto
Quæ causas reputat, factaq; iudicio.
Quæ superū res, ac hominū cognoscit , & acta
Versans post ea sint, quæ facienda monet.
Sic Divūm fiet factis accessio famæ:
Sic hominum iustè crescit & alta salus.
Tota domus florebit sic Brunonis, & almæ
Iusticiæ fructus proferet imperio.
Subditus his fotus sancta cum pace fruetur:
Atq; Deum colet, ac cum deitate Ducem.
Anni Principiū feret hæc, mediumq; tenebit,
Hæc eademq; favens exitus aucta geret.
Ibit sic tempus cœlestis pacis : & annus
Aeternæ nobis dum novitatis eat.



Solennitas
S. Petri

REVERENDI
SESTINUS DOMINI

PRINCIPIS DOMINI PATER

ET CETERA

ANNO MDCCLXVII

GRATIOSISSIMA SER

TRIA DICTA REGNI DE DOMINA

CONCILIA ET ALIA

ET ALIA

GRATIAS

SUO EPITHALAMIO DE MEDITATIONE LOR

ANNO MDCCLXVII DEDICATA DE THERESA

DEANAE & PROFESSORIS D. HENRICI

PROSPERI

A. HENRICVS ACHTNER

HENRICVS ACHTNER

Ex Officina Typographica et Libraria Amstelodamensis

43



Efficit hoc ut fonte boni sapientia, rectio
Quae ratiōne regnat, facit iudicio.
Quae superētēs, ac homini cognoscit, & acta
Veritas, sicut ea sunt, in conscientia misericordia.
Tunc ratiōne regnat, et iudicio.
Sed deinde, quod ratiōne regnat, facit iudicio
Est p. Deum, et ex eum deus est p. eum.
Anct. Principia certissima, ne huius, renobit,
Hoc est deus, qui ratiōne regnat, et iudicio.
Hoc est principium certissimum p. eum. Sed a natus
Accipit nobis dum novit, et iudicat.



ULB Halle
001 853 031

3




5b.

Barcode hängt a.
1. angeb. Stütze, da 1. Stck. nicht i. Bd.

Stk. 6a nicht erf., obz.
handschrift

12a unvollst., nicht
erfäßt



B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

